



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Deposito. Tit. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

Tenetur. Etiam in foro conscientiae, ut per Perez ad tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 209. cum segg. Sayt. d. lib. 10. tract. 3. c. 1. n. 10. cum segg.

Licet casus fortuitus, &c.] Notatur ad hoc, quod commodatarius non tenetur de casu fortuito, nisi concurrat eius culpa, ut per Ordin. Reg. Lusitan. lib. 4. tit. 5. §. 3. ubi parens meus, & apud Castell. l. 3. tit. 2. part. 5. ubi Gregor. Lopez Anton. Gom. tom. 2. variar. cap. 3. n. 19. Pinel. in l. 2. C. de rescindend. vendit. part. 1. c. 3. a. n. 26. Cardin. Mantie. de tacitis, & ambiguis comment. lib. 5. tit. 8. n. 10. Cardos. in praxi indicum, verbo commodatum, n. 16. Molin. disp. 295. vers. de fortuito, Rebell. d. q. unic. de commodato, a. n. 1. Valer. Reginald. d. lib. 25. tract. 6. n. 475.

Hec inter casus fortuitos annumerantur. Primo bellum, Flamin. de resign. lib. 11. q. 13. n. 55. Secundo incendium, Gregor. l. 3. verbo fugo, tit. 2. p. 3. Menoch. de arbit. casu 390. a. n. 3. & de presump. lib. 1. presump. 50. n. 3. & conf. 53. n. 1. Ioseph. Ludou. Pers. decis. 10. n. 15. & decis. 25. Mexi. in tract. tasse panis concl. 6. n. 15. Gutier. pract. lib. 1. q. 29. n. 6. Surd. de off. 198. n. 5. Mascar. de probat. conclus. 467. n. 5. & concl. 892. num. 8. Pradil. in summa legum. penultim. p. 1. cap. 23. a. num. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 354. Cened. ad Decretal. collect. 40. num. 1. Tercio pestis, Vezin. tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 43. n. 8. Flamin. de resign. lib. 11. q. 13. n. 63. Quarto furtum Principis non separatum, Cabed. Lustr. de off. 14. num. 1. p. 2. Quinto iniuria iudicis quandoque, Bellacomb. d. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 43. num. 77. pag. 959. Sexto furtum quando à domesticis fuit commissum, vel quando res fuit recondita in loco forti, alias bene tuto, in quo conuenit ille reponere propria pretiosiora, Gregor. l. 3. verbo fortasse, tit. 2. p. 5. Syluan. conf. 29. n. 4. Bonacol. communium criminal. p. 1. verbo furtum, folio 75. verbo, & part. 2. eodem verbo, folio 32. Menoch. confil. 353. num. 8. cum segg. & de presump. lib. 9. presump. 61. a. num. 34. Vide quoque infra dixi ad cap. propter sterilitatem, ex n. 11. de locato.



De Deposito.

TIT. XVI.

SUMMARIVM.

- 1 Doctores referuntur, qui super hanc rubricam scripserunt.
- 2 Depositi materiam qui tractent, citantur.
- 3 Deponere antiquitus significabat à se abicere, & alienare.
- 4 Deponere idem significat quod concedere & committere.
- 5 Deponere aliquando pro commendare accipitur.
- 6 Depositum est contractus per quem res nobilis alicui non domino gratuito custodienda traditur.
- 7 Depositum voluntarium quod dicitur, & que sit inter vtrumque differentia, ostenditur.
- 8 Depositum iudiciale, quod alias sequestrum dicitur, tunc fit quando res de qua in iudicio controversia est, apud aliquem definitur, ut finita controversia victori restituatur.
- 9 Sequestratio triplex est, voluntaria, necessaria, & mixta, & que dicantur, ostenditur.
- 10 Depositum simplex aliud regulare, aliud irregulare, & quod dicatur ostenditur.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Panorm. Guid. Papae, Barbat. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 98. verso, Petr. de Rauenna in compend. iuris Canon. Martin. Mefnart. in epitome Decret. fol. 110. Dan. Venator. in analysi methodica iur. Pont. pag. 410. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Calan. & Anastal. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretal. noue Bartholom. Carthagenae in expositione titulorum iuris Canonici, sub eod.

De materia huius tit. vide Conan. commentar. iuris civilis lib. 7. c. 4. Cardos. in praxi indicum, verbo depositum, Carot. in tract. huius tit. Mozz. de contract. tit. de deposito, Cardin. Mantie. de tacitis, & ambig. comment. lib. 10. de deposito, Molin. de instit. tract. 2. disp. 523. Azor. instit. moral. p. 3. lib. 7. de deposito, Rebell. de obligat. institut. p. 2. lib. 16. q. unic. de deposito, Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 4. c. 25.

Deposito.] Deriuatur à verbo deponere, quod antiquitus significabat à se abicere, & alienare, ut ex aliis tradit Conan. comment. iuris civilis lib. 7. c. 4. in princip. hinc depositum pro abiecto, & desperato habetur, iuxta illud Virgilij,

Ille ut depositi profertur facta parentis;

qui locus explicatur depositi, id est, desperati, conueniunt enim antiqui ut desperati homines ante ianuam suam collocarentur, ut forte possent transeuntes qui aliquando simili morbo laborarunt, opportuna aliqua remedia adhibere; quia verò multoties res nostras deponimus, & abicimus non perendi animo, sed gratia conseruandi, eaque sic à nobis dimittimus, ut aliis credamus, & committamus, ideo statutum est ut deponere idem significet quod concedere, & committere, hinc depositum dicitur quod alicuius fidei id est, diligentiae creditum est. Vnde Vlpian. in l. 1. hoc tit. inquit, depositum est quod custodiendum alicui datum est, dictum ex eo, quod ponitur, quia praepositio, de, auget positum, ut ostendat totum eius fidei commissum, quod ad custodiam rei pertinet, quoniam non solum res nostras apud amicos ponimus, sed deponimus, & dimittimus à nobis, ut apud eos collocemus, & custodiam earum à nobis ad illos transferamus, pro ut adnotauit Conan. ubi supr. & post eum Pichard. in §. praeerea, in §. instit. quibus modis re contrah. oblig. hinc etiam aliquando deponere pro commendare accipitur, l. commendare 186. ff. de verb. significat. l. Lucius 24. ibi, centum mannos, quos hodie commendasti mihi, ff. hoc tit. & res commendatae depositae dicuntur, l. Publica 26. ff. eod. l. cum hereditas 9. C. eod.

Depositum autem sic acceptum ex mente Doctorum definiti potest ut sit contractus, per quem res mobilis alicui non domino gratuito custodienda traditur. Loco generis particula contractus, reliquae verò ponuntur loco differentiarum. Dixi, res mobilis, ut significarem depositum non posse consistere in re immobili, ut per glos. in c. 2. hoc tit. Hostiens. in summa eiusdem tit. num. 3. Syluest. in summa, verbo depositum, n. 3. quod probatur ex natura ipsius depositi, in quo res posita ad ipsius custodiam, & conseruationem traditur depositario, unde cum custodia propria non datur in re immobili, nihil mirum si in ea non consistat depositum. Dixi, alicui non domino, ut ostenderem depositum rei propria dici non posse, licet ille, qui suscepit custodiam, ignorauerit se illius rei dominum non esse, l. qui rem suam, ff. de positi, l. neque pignus, ff. de reg. iuris, tradunt Cardos. in praxi indicum, verbo depositum, num. 1. Carot. de deposito, part. 1. quest. 2. num. 27. Vnde fit, quod si fur ignorans rem suam furatus est filios

vel

BARBOSA
In Ius Can
To. 2. 3.
C. VI
18

vel seruo apud patrem, vel dominum eorum ignoran-
tem deposuerit actione depositi; id repetere non po-
terit, quia bona fides non paritur ut dominus rem
suam praeconi restituere teneatur, proindeque licet
dominus ignorans eam tradiderit quasi depositum,
tamen indebitum solum conducere poterit, *l. bona
fides ad fin. ff. depositi*. Posui, *gratuito*, quia si merces
constituta sit, depositum non est, sed locatio, & con-
ductio, *l. i. §. si vestimenta, ff. depositi*, vel erit contra-
ctus innominatus iuxta qualitatem mercedis, *l. i. §. si
quis seruum, tradit Ias. in §. sequens, Instit. de actionib. &
in l. 2. num. 6. ff. si certum per. Conan. d. cap. 4. num. 5.*
Quatenus ad tit. ff. depositi, & dixi ad rubr. de loco. Tan-
dem adieci, *custodienda*, ut intelligeretur differentia,
quae inter depositum, & commodatum consistit, quia
in commodato usus conceditur accipienti, in deposti-
to autem solum custodia rei datur, proindeque si de-
positarius re deposita utatur, furtum committet, *l. si
sacculum 29 ff. hoc tit. l. 3. C. eod.* quod tamen intellige,
& declaratum Carot. ubi sup. tit. actio tertia contra de-
positarium furti.

7 Depositum autem distinguitur in plures species,
scilicet in voluntarium, necessarium & iudiciale. Vo-
luntarium est, quando nullo eminente periculo quis
rem alteri custodiendam tradidit: necessarium dicitur
quando ratione tumultus, incendij, ruinae, naufragijve
res deponitur, nec ulla alia causa deponendi est, quam
imminens ex dictis causis periculum. Inter utrumque
illud maximum datur discrimen, quod in deposito vo-
luntario, si res deposita non reddatur, tenetur depo-
sitarius tantum in simplex, at in deposito necessario
datur aduersus ipsum depositarium actio in duplum
in heredem eius propter dolum defuncti pro here-
ditaria portione, & in simplex propter dolum suum
in duplum, *l. i. §. 1. & l. quod tumultus*, alias incip. de
eo quod tumultus, ff. depositi, explicat Ias. in d. §. sequens,
n. 5. & 6. & n. 31. Instit. de actionib. Carot. in tract. huius
tit. p. 1. in quantum veniat in actione depositi. Ratio dif-
ferentiae esse potest, quia in priori casu, scilicet quan-
do quis fidem alterius sponte elegit, sibi impneret
quod non quaesivit diligentiorum amicum, cui suam
custodiendam tradiderit, erat enim in eius potestate
non committere, & ideo nihil mirum si in simplex
tantum aduersus eundem pro re deposita agere possit,
quae ratio cessat in posteriori, in quo res moram non
patitur, & ut plurimum quis perturbato animi iudicio,
& non voluntarie res suas commendat minus idoneo;
vnde merito crescit perfidia crimen si quis in huius-
modi causa circumuento necessitatibus amico depo-
situm inficietur, ob quam causam maior odium ma-
ioremque poenam meretur, *l. i. & toto tit. ff. de incend.
ruina, nauis*, vnde licet in l. 1. 2. tabul. quando deposita-
rius depositum negabat, daretur actio in duplum de-
ponenti, Praetoris tamen edicto datur in simplex ex
deposito voluntario, ex necessario in duplum, *d. l. i. §. 3.
ff. depositi, §. rei prosequende, Instit. de actionib.* Pichard.
in d. §. praeterea, n. 16. cum seqq. Card. Mantica. d. lib. 10.
tit. 2. n. 1. cum seqq.

8 Depositum vero iudiciale, quod alias sequestrium,
sive sequestratio dicitur, tunc fit quando res, de qua in
iudicio controuersia est, apud aliquem deponitur, ut
finita controuersia victori restituatur, *l. licet 17. in
princip. ff. hoc tit. l. interesse puro 39 ff. de acquir. possess. l.
sequester 11 ff. de verbor. signific. c. 2. de dolo, cap. exami-
nata, de iudic. c. 1. cum seqq. de sequest. possess.* Haec autem
sequestratio triplex est, voluntaria quae fit partium
conuentione, debetque iudici semper esse grata, *l. i. §.
inde queritur, ff. de noui oper. nunt.* Necessaria, quae
fit iubente magistratu, praecipue si timentur rixae, &
ut veniatur ad arma, iuxta *l. equissimum 13. in princ.*

alias *l. si cuius, §. sed si inter duos, ff. de usufructu*, de qua
Valasc. tom. 2. consulti. 191. ex n. 33. Mixta quae fit impe-
rante magistratu, & legis auctoritate, & partis peticio-
ne, ut in *l. si fideiusor 7. §. fin. ff. qui suris dare cog.* Me-
noch. de arbit. casu 87. n. 10. quod depositum iudiciale
multum distat a simplici deposito, ut per Cardin.
Mantic. d. tit. 1. n. 7. sex differentias tradit Othoman. in
tract. de deposito, pag. 270.

Hoc autem simplex depositum, de quo agimus, 10
aliud regulare, aliud vero irregulare vocatur: regulare
dicitur illud, quod iuxta propriam naturam sic fit, ut
proprietas & possessio rei depositae apud eum, qui de-
posuit permaneat, licet deponere, §. rei deposita, ff. hoc
tit. Irregulare vocatur, quando notissimos hos termi-
nos egredimur: exemplum sit si quis pecuniam deponat
neque clausam, neque obsignatam, sed numeratam, hoc
casu is qui accepit tantum pecuniae, solvere obli-
gatur, *l. Lucius la 1. cum seq. §. qui pecuniam, ff. locari.*
quod depositum magis naturae mutui accedit, ex eo
namque dominium transfertur cum obligatione resti-
tuendi tantumdem in eodem genere, & in eadem
quantitate, iuxta *l. 2. in princ. ff. de rebus cred. Dec. in l.
contractus, n. 8. ff. de reg. iuris, Alex. cons. 80. num. 4. lib. 3.*
Cost. in l. si ex cautione, l. 2. num. 4. C. de non numerata
pecun. Anton. Gabr. lib. 3. tit. de rebus cred. concl. 2. Nau.
in man. c. 17. n. 180. Card. Mantica. d. lib. 10. tit. 4. n. 11.
Carot. ubi sup. q. 2. n. 21. ubi n. 22. agit an privilegia
depositi Regularis competant deposito irregulari: de-
positum in dubio magis praesumitur regulare quam
irregulare, ut tradit Rip. in d. l. 2. n. 3. ff. de rebus cred. &
videtur sentire Menoch. cons. 37. ex n. 26.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia non tenetur ex deposito facto apud Clericum
Ecclesiae, nisi in utilitatem Ecclesiae sit versum.
- 2 Nomen malum habet sinistram suspensionem, & ex
bono nomine oritur bona praesumptio.
- 3 Nomen bonum, & honestum habere, praemium est
non modicum.
- 4 Ecclesia ex deposito facto apud Clericum ipsius Ec-
clesiae non tenetur, nisi in eius utilitatem versum
probetur.
- 5 Deponenti an incumbat onus probandi pecuniam ver-
sam fuisse in utilitatem Ecclesiae, an vero ipsi
Ecclesiae non fuisse versam in ipsius utilitatem
ostenditur.
- 6 Furtum committit qui re deposita utitur, nisi existi-
met dominum facile id permitturum.
- 7 Clericus an possit torqueri, ostenditur.
- 8 Ecclesia tenetur ex deposito facto apud ipsum, non se-
cus atque alij depositarii.

CAP. Grauis. I. Alex. III.

Deponens pecuniam apud Clericum alicuius Ec-
clesiae non obligatur Ecclesiae pro illa pecunia,
nisi fuerit conuersa in utilitatem Ecclesiae. Colligitur
ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Io. Andr.
Batr. Imol. Anan. Host. Anch. Henric. Panorm. Cened.
collect. 24. Guid. Pape. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif.
pag. 172. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 429. re-
missiue Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.
refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 13.
c. 2. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 50. c. 35.
Ille vir Belial.] Notatur ad hoc, quod malum no-
men habet sinistram suspensionem, & ex bono nomine
oritur bona praesumptio, de qua vide Mathefil. sing. 35.
Annib.

Annib. in reb. ff. soluto matrim. num. 212. Tal. in l. cunctas populos, l. 2. num. 25. C. de summa Trinitate, Felin. in proem. Decretal. n. 30. Callan. in consuetud. Burgundie, fol. 66. n. 53. & in Catalogo glorie mundi, part. 11. confid. 23. Guillelm. in cap. Raynuitus, verbo Raynuitus, à mon. 5. in fr. de testam. Gerard. sing. 75. Mandol. conf. 76. ex num. 1. Franc. Viu. lib. 2. commun. opin. 193. ex num. 2. Paul. Fule. lit. N. sing. 14. Ant. Scap. de iure non scripto, lib. 5. c. 105. ex num. 6. Anton. Sala in constit. Ducar. Sabaudia. in proem. in gloss. 1. n. 5. Vini. tom. 1. commun. opin. lib. 9. tit. 8. n. 3. pag. 513. vbi in vers. alium etiam effectum, colligit ex hoc text. quod si quis deponeret res suas penes turpe nomen habentem, & eas perderet, sibi imputandum foret, qui de illo confidere ausus sit. Bernard. in pract. c. 7. vbi Salzed. lit. A, Cened. ad Decretal. collect. 24. num. 3. Menoch. de presumpt. lib. 1. presumpt. 89. n. 131. Mascard. de probat. concl. 83. n. 22. Farin. in praxi crimin. p. 6. q. 176. n. 91. cum seqq. Vnde dicitur primum esse non modicum bonum, & honestum nomen habere, quia à nomine, & cognomine multoties sumitur, & permixta est argumentatio, vt late explicat Abb. in d. proem. Decret. in verbo Gregorius, n. 7. Et hinc Salicet. in l. 1. in princip. C. de summa Trinitate per eum text. exhortatur parentes, vt pulchra nomina, & honesta liberis imponant, & non turpia, quia secundum illum quodammodo praeferunt infamiam.

Sic etiam facie deformior censetur animo quoque grauior, & medici ex corporis turpitudine animi deformitatem presumunt, vt scribit Rasi. lib. 2. ad Almansor. c. 33. & c. 54. Galenus in super faciem foedam malos mores offendere affirmat lib. 3. de temper. cap. 6. vnde merito de iure nostro, quando plures de crimine furti suspecti. Primo quaestioni subici debet ille, qui facie deformior est, quoniam censetur animo quoque grauior, Bald. in l. 2. n. 5. C. quorum appell. non recip. & in l. non ignorat. n. 12. C. qui accusari non poss. Hippol. in l. 1. n. 4. ff. de quesi. Carrer. in pract. 12. tit. de indic. num. 29. Menoch. de presumpt. lib. 1. pres. 89. ex n. 130. cum corporis deformitas animi quoque deformitatem ostendat, vt tradunt Tiraquell. ad l. 2. de nub. gloss. 1. part. 1. num. 55. Elcobat. de ratiocin. c. 32. num. 1. Vnde S. Ambros. lib. 2. de virgin. affirmat speciem corporis simulacrum esse mentis, figuramque probitatis referunt, Luc. de Penna in l. 1. vers. 2. queritur, C. qui etat. vel profess. se excus. lib. 10. Matth. de Fano in tract. de modo studendi, c. 30. Torreblanc. lib. 1. de Magia, c. 9. num. 46.

4 In vtilitatem Ecclesiae controuersam, &c. Colligo ex text. Ecclesiam ex deposito facto apud Clericum ipsius Ecclesiae non teneri nisi in eiusdem vtilitatem versam probetur, ita notant Abb. & omnes in presenti, & plures, quos refert Cened. ad Decret. collect. 24. n. 1. quibus adde Carot. in tract. huius, tit. part. 2. q. 1. à n. 1. Cardof. in praxi iudicum, verbo depositum, n. 9. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 52. num. 4. Aloys. Rice. in praxi rerum fori Ecclesiastic. decis. 2. num. 5. Tenetur tamen Clericus, ac si contractus valeret, nam quoad sui praedictum non est audiendus, dicens contractum non tenere, prout resoluit Stephanus Gratian. discept. forens. 186. num. 6. cum sequentibus, vbi num. 8. ponit tres casus, in quibus contrahens cum Ecclesia debet esse sollicitus de conuersione in eius vtilitatem, scilicet mutuo, deposito, & venditione facta pro debito Ecclesiae, cum in aliis diceretur debitor si soluat, etsi non fuerit versum in vtilitatem Ecclesiae, & de emptione agunt Menoch. conf. 114. num. 8. & 9. Sord. decis. 156. num. 9. Marc. Anton. Gennens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 89. num. 7. vbi tenentem rem Ecclesiae cum euidenti vtilitate non

Barbof. Collect. Tom. I. I.

teneri docere de conuersione pretij in vtilitatem Ecclesiae.

Vtrum deponenti incumbat onus probandi pecuniam versam fuisse in vtilitatem Ecclesiae, an verò ipsi Ecclesiae non fuisse versam in ipsius vtilitatem? quaestio est non contemnenda, in qua securè resolendum est praedictum onus incumbere ipsi deponenti, cum enim non aliter Ecclesia obligetur, quam si depositum versum fuerit in vtilitatem ipsius, vt supra ex text. colligimus, necessarid sequitur talem obligationem ipsi deponenti incumbere, ex principio, quo docemur, quod ille, qui fundat intentionem suam in aliqua qualitate, tenetur eam probare, l. hoc iure vivitur, ff. de verb. oblig. tradit Bart. & communiter Doctores in l. illa stipulatione, cod. tit. Couar. l. 2. var. c. 6. n. 3. vide quae dixi in collect. ad c. si quis presbiterorum, de rebus Ecclesiae non alienand. in vers. probatio autem locupletionis, vbi sub distinctione resolui. Quibus autem coniecturis, & presumptionibus probetur depositum versum fuisse in vtilitatem Ecclesiae, vide Menoch. de arbit. casu 432. num. 33. cum seqq. & de presumpt. lib. 3. presumpt. 55. à n. 4. Matienf. l. 22. gloss. 3. num. 7. tit. 1. lib. 5. noue recop. Redoan. de rebus Ecclesiae non alien. tit. de causa vtilitatis, à n. 56.

Furtus est. Ergo qui re deposita vitur, furtum committit, l. si rem, l. si sacculum 29. ff. hoc tit. l. 3. l. qui depositum, C. eod. l. furtum Instit. de oblig. qua ex delicto, Ordin. Reg. Luit. lib. 5. tit. 60. §. 8. vbi parens meus, Couar. lib. 3. variat. cap. 15. num. 8. Carot. de deposito, p. 1. tit. versus à princip. & tit. actio tercia contra depositarium furti, Molin. d. tract. 2. disp. 52. 4. Cardof. d. verbo depositum, n. 11. Elcob. de ratiocin. c. 20. num. 2. vbi n. 9. dicit quod ideo negans depositum torqueri inbetur, quia negando committit furtum, & sic delictum graue, quod limitatur, ne procedat si depositarius, quod re deposita vitur, id faciat exilimans dominum, quod depositum, facile id permittitur, tunc enim furti actio cessat, quia furtum sine affectu furandi non committitur, §. placuit, Instit. de oblig. qua ex delicto, l. qui re 78. in princip. ff. de furtis, Carot. d. tit. versus, n. 3. Consensus autem Domini colligi potest ex coniecturis, quas tradit Io. Fab. in l. 1. C. de pignorat. act. explicatis per Couar. d. lib. 3. c. 15. ad finem.

Sub quaestione ad rationem ponant. Notatur ad hoc quod Clericus potest torqueri, idem etiam colligi videtur ex c. si constituerit, ibi, sine coactione, de accusat. Abb. n. 6. & communiter Doctores in presenti, Deci in c. si Clerici, in princ. n. 19. de indic. Simanch. de Catholicis, c. 63. n. 27. Clar. in §. fin. quaest. 64. num. 24. plures quos refert Farinac. in praxi crimin. q. 41. num. 2. & part. 4. conf. 38. num. 16. Contrariam tamen opinionem, scilicet Clericum ne a posse torqueri, tenuit Angel. de malefic. in verbo quod fama publica, n. 102. vers. item Clericus, plures relati per Duen. reg. 90. fallent. 3. vers. contrarium tamen, vbi inquit, hanc videri magis communem opinionem tenent alij, quos refert Farinac. d. quaest. 41. num. 4. quae opinio saltem in Clericis sacro Ordine insignitis, si magis placuerit, responderi poterit ad hunc text. verba illa, sub quaestione, idem significare, quod sub interrogationibus, propter sequentia verba, etiamsi oportuerit vinculis alligatum, quia torturae non possunt dari nisi vinculis alligatis; vel quia Belial, de quo hic, non constat an sit Clericus, poterat enim esse in minoribus, laicus syndicus, vel procurator Ecclesiae. Sin verò priorem opinionem sequi magis placuerit, eam intelligere oportet casu, quo Clerici ultra legitima indicia, quae ad torturam requiruntur, sint insuper de delicto infamati, alias secus, quantumcunque plurima procedant indicia, vt per Imol. Zabarell. Barbat. & communiter

L Docto

Doctores in presenti, Felin. in c. vniuersitatis, post n. 2. de sentent. excommunic. Hippol. sing. 55. & in l. questionis habende, n. 98. ff. de quest. & in l. editum, num. 20. ff. cod. Boer. decis. 163. n. 6. & 7. plures per Mascard. de probat. concl. 152. n. 14. & concl. 352. n. 5. Bonacoli. tom. 2. commun. opinion. lib. 5. tit. 28. a. n. 110. p. 540. & commun. crimin. p. 1. verbo Clericus, fol. 25. Perez l. 1. tit. 3. lib. 2. Ordin. p. 68. Rebuff. ad tit. ff. de verbor. signific. p. 509. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, lib. 1. c. 17. n. 2. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 19. art. 7. dicit magis communem Farin. d. q. 41. n. 5. & 6.

In gloss. Persona, ibi, nisi depositio facta sit, &c. Notatur ad hoc, quod Ecclesia ex deposito apud se facto cum consensu Episcopi, & Capituli, vel recipiente thesaurario, vel aliis ad recipienda deposita designatis, ceterisque solemnitatibus à iure requisitis interuenientibus efficitur obligatur, licet deponens non probet depositum verum fuisse in utilitatem ipsius Ecclesie, sequuntur ultra Zabarell. Imol. & alios hic, Molin. d. disp. 525. num. 4. vers. de deposito, Sum. Angelica verbo depositum, §. 4. Cardos. d. verbo depositum, num. 9. communis ex Decio conf. 36. num. 6. Sanch. in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 14. num. 35. in hoc enim casu minime loquitur text. in presenti, sed solum de deposito facto penes personam particularem, & abique solemnitatibus à iure requisitis. Quamvis contrarium, nempe Ecclesiam non obligari ex deposito facto predicto modo, nisi etiam probetur versio, teneant gloss. 2. in cap. vlt. ne Prelati vices suas, Innoc. & Abb. in presenti, n. 10. Henric. n. 2. Ioan. Andr. n. 9. Hostiens. num. 3. Paul. in authent. hoc ius porrectum, num. 5. C. de sacros. Eccles. & Rebuff. in compendio alienat. n. 39.

S V M M A R I U M.

- 1 Depositarius ad quod teneatur, & quando repetatur depositum, ostenditur.
- 2 Depositarius dicens se perdidisse res depositas presumitur in dolo si appareant illius res incolumes.
- 3 Depositum qui suscipit tenetur custodire, & seruare ea fide, cura, & diligentia, qua solet proprias res custodire.
- 4 Bona fides que in presenti dicatur.
- 5 Compensatio, & reconuentio cessat in deposito vero, non autem in confessato, vt n. 6.
- 7 Compensatio partis petitio requiritur.

C A P. Bona fides. II. & vlt.

Gregor. IX.

Depositarius si pendat depositum, & non res suas, non presumitur habere bonam fidem, & condemnabitur, quia presumitur dolo. Item qui se obtulit, vel accepit aliquid pro custodia, tenetur de culpa, & etiam de casu fortuito, si pactum, vel culpa, vel mora interuenit depositarij. Item depositum potest repeti ad libitum, nec admittitur compensatio, vel deductio, sicut in aliis contractibus, quamvis causa compensationis sit liquida. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Butr. Ioan. Andr. Imol. Barbat. Anan. Host. Anchar. Henric. Guid. Papæ, Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 173. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 429. remissimè Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Si rebus tuis saluis, &c. Notatur ad hoc, quod depositarius dicens se perdidisse res positas, presu-

mitur in dolo, si appareant illius res incolumes, vt per Mascard. de probat. concl. 508. a princip. Farin. in praxi crimin. p. 6. q. 169. n. 37. Is enim, qui depositum suscipit, custodire, & seruare debet ea fide, cura, & diligentia, qua solet proprias res custodire, Azor. in sit. moral. p. 3. lib. 7. c. 6.

Bona fides. Non accipitur hic in ea significatione, secundum quam bona fides est contraria male fidei, vel dolo, sed debet accipi, vel pro conscientia, & bona aequitate, vel pro æquitate, & iustitia distincta à rigore, & stricta verborum significatione, ita D. Barbol. in prelud. l. si mora, a. n. 27. ff. soluto matrim.

Contra quod compensationi, &c. Notatur ad hoc, quod compensatio cessat in deposito, vt per Ordin. Regiam Lusit. lib. 4. tit. 78. §. vbi parés meus, & apud Castellanos l. 5. tit. 3. p. 5. & l. 27. tit. 14. p. 5. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 105. illat. 1. D. Barbol. in l. diuortio, §. ob donationes, n. 13. & 14. ff. soluto matrim. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 526. vers. in deposito. Cardin. Mantie. de tacitis, & ambig. comment. lib. 10. tit. 10. a. n. 4. Castil. lib. 3. quorid. c. 16. n. 1. Cald. Pereira quest. forens. lib. 1. q. 14. n. 3. Rebelle. de oblig. iustitia, p. 1. lib. 2. q. 18. n. 3. Azor. d. p. 3. lib. 7. de deposito, c. 8. q. 3. Sic etiam in deposito cessat reconuentio, Carpan. super statuta Mediolanen. p. 1. c. 44. n. 114. Carol. de Gratias de effectibus clerical. effectum 1. n. 770.

Intellige in deposito vero, non autem in confessato, quia privilegia veri, & actualis depositi in confessato locum non habent, vt per Gregor. l. 5. verbo compensationi, tit. 3. part. 5. Tiraq. de retract. tit. 2. §. 4. glof. 6. a. num. 8. cum segg. Kirchon. tom. 2. commun. opin. lib. 4. tit. 24. num. 18. in med. pag. 609. Mascard. de probat. conclus. 509. num. 7. D. Barbol. in dicto, §. ob donationes, num. 14. Mendez à Castro in praxi Lusitan. lib. 3. c. 22. num. 35.

Ex qua postulatio, &c. Ergo in compensatione partis petitio requiritur, vt per Tiraq. in l. si unquam, verbo reuertatur, n. 15. Surd. decis. 117. n. 4. cum segg. Intellige nisi agatur de evitanda pena, quia tunc ipso iure fit compensatio, vt per Gam. Lusit. decis. 91. n. 2. Valasc. concl. 71. n. 14. Surd. d. decis. 117. n. 2. & de aliment. tit. 1. q. 42. n. 86.



De Emptione, & Venditione.

TIT. XVII.



SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Butr. Ioan. Andr. Imola, Anania, Barbat. Anchar. Panorm. Guid. Papæ, Guillelm. Durand. in breuiario aureo iur. Canon. fol. 95. verso. Petr. de Rauenna in compend. iur. Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 110. verso, Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 412. Goffred. & Hostiens. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthagena in exposit. titulorum iuris Canonici, Zypæ in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 208. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusit. lib. 4. tit. 1. cum seg. vbi parens meus apud Castellanos tit. 5. part. 5. vbi Gregor. Lopez, & tit. 10. lib. 3. for. leg. & tit. 7. lib. 5. Ordinam. vbi Perez & tit. 11. lib. 5. noua recopil. vbi Azoned. & Matienso, item de hoc tit. peculiare edidit tractatus Fabianus de Monte, & Francisc. Zoanettus, plenissimè, & eleganter Conclufi